

sicco et macro loco et argilloso vernum tempus idoneum, quo minus habet umoris: in terra bona ac pingui autumno, quod vere multus umor, quam sationem quidam metiuntur fere diebus xxx. tertium genus 4
 5 seminis, quod ex arbore per surculos defertur in terram, si in humum demittitur, in quibusdam [cum] est videndum ut eo tempore sit deplantatum, quo[d] oportet (id fit tum, antequam gemmare aut florere quid incipit); et quae de arbore transferas ut ea deplantes
 10 potius quam defringas, quod plantae solum stabilius, quo latius aut radices facilius mittit. ea celeriter, antequam succus exarescat, in terram demittunt. [dum] in oleagineis seminibus [arbores] videndum ut sit de tenero ramo ex utraque parte aequabiliter praecisum,
 15 quas alii clavolas, alii taleas appellant ac faciunt circiter pedales. quartum genus seminis, quod transit 5
 ex arbore in aliam, videndum qua ex arbore in quam transferatur et quo tempore et quem ad modum obligetur. non enim pirum recipit quercus: neque enim
 20 si malus pirum. hoc secuntur multi, qui haruspices audiunt multum, a quibus proditum, in singulis arboribus quot genera insita sint, uno ictu tot fulmina fieri illud quod fulmen concepit. si in pirum silvaticam inserueris pirum quamvis bonam, non fore tam
 25 iucundam, quam si in ea[m] quae silvestris non sit. in quamcumque arborem inseras, si eiusdem generis 6
 est, dumtaxat ut sit utraque malus, ita inserere oportet referentem ad fructum, meliore genere ut sit surculus, quam est quo veniat arbor. est altera species ex
 30 arbore in arborem inserendi nuper animadversa in arboribus propinquis. ex arbore, qua vult habere surculum, in eam quam inserere vult ramulum tra-

1 sico (sicco *apographa*) || β demittitur *Iucundus*. dimittitur | *del. Keil* || 7 *del. v* || 12 *del. Keil* || 13 *del. Scal.* || 15 aliis clavolas (alii clauolas *Pol.*, alii sclauolas *apogr. et Vict.*) || 21 multum *del. Ursinus* || 22 quod || 25 iucundam *v et cod. Flor.* iucundum | *add. mv* || 27* maius (malus *V*) || 31* ||